

COLLATIO UNDECIMA QUAE EST PRIMA ABBATIS CHAEREMONIS
De perfectione

ELFDE GESPREK. EERSTE VAN ABT CHEREMON
De volmaaktheid

- | | |
|--|--|
| I. Descriptio Thenneseos oppidi | 1. Beschrijving van de stad Thennesus |
| II. De episcopo Archebio | 2. Bisschop Archebius |
| III. Descriptio heremi in qua conmorabantur Chaeremon, Nesteros et Ioseph | 3. Beschrijving van de woestijn waar Cheremon, Nesteros en Joseph woonden |
| IV. De abbate Chaeremone et excusatione eius super postulata doctrina | 4. Abt Cheremon. Zijn verontschuldiging tegenover het door ons gevraagde onderricht |
| V. De responsione nostra contra excusationem eius | 5. Ons wederwoord op zijn verontschuldiging |
| VI. Propositio abbatis Chaeremonis, quod tribus modis uitia vincantur | 6. Stelling van abt Cheremon. de ondeugden worden op drie manieren overwonnen |
| VII. Quibus gradibus ad sublimitatem caritatis possit ascendi et quae sit in ea stabilitas | 7. Langs welke treden men op kan klimmen tot de hoogte van de liefde. De standvastigheid in de liefde. |
| VIII. Quantum excellant qui per caritatis affectum declinant a uitiiis | 8. Hoe voortreffelijk degenen zijn die uit genegenheid van liefde het kwaad vermijden |
| IX. Quod caritas non solum de seruis filios faciat, sed etiam imaginem dei ac similitudinem conferat | 9. De liefde maakt niet alleen van slaven zonen, maar schenkt ook Gods beeld en gelijkenis |
| X. Quod perfectio caritatis sit pro inimicis orare, et quo indicio anima necdum purgata noscatur | 10. Het is de volmaaktheid van de liefde, voor zijn vijanden te bidden. Het teken waaraan men de nog niet gelouterde ziel kent |
| XI. Interrogatio, cur affectum timoris et spei dixerit imperfectum | 11. Vraag: waarom hij de gevoelens van vrees en hoop onvolmaakt heeft genoemd |
| XII. Responsio de diuersitate perfectionum | 12. Antwoord: de verscheidenheid in de volmaaktheid |
| XIII. De timore qui de caritatis magnitudine generatur | 13. De vrees die voortkomt uit de grootheid van de liefde |
| XIV. Interrogatio de consummatione castitatis | 14. Vraag over de volmaakte kuisheid |
| XV. Dilatio expositionis postulatae | 15. Uitstel van de gevraagde uiteenzetting |

I. DESCRIPTIO THENNESEOS OPPIDI

Cum
in coenobio Syriae consistentes
post prima fidei rudimenta
succedentibus aliquatenus incrementis
maiolem perfectionis desiderare gratiam
coepissemus,
statuimus
confestim Aegyptum petere
ac
remotissima etiam
Thebaidos heremo
penetrata
sanctorum plurimos,
quorum gloriam
fama per uniuersa diffuderat,
si non aemulandi,
saltim agnoscendi
studio
inuisere.

igitur
ad oppidum Aegypti,
cui Thennesus nomen est,
emensa nauigatione
peruenimus.

1. BESCHRIJVING VAN DE STAD THENNESUS

Toen wij
in het klooster in Syrie
na het eerste onderricht in het geloof
enige voortgang hadden gemaakt,
begonnen we
naar een grotere volmaaktheid te verlangen.
Wij besloten,
dadelijk naar Egypte te trekken
en
zelfs tot in de uiterst afgelegen
woestijn van Thebais
door te dringen,
om daar verschillende heiligen,
wier bekendheid
hun roem over de hele wereld verspreid had,
te bezoeken,
uit verlangen,
zo niet om hen na te volgen,
dan toch om hen te leren kennen.

Na voltooide bootreis
kwamen wij dan aan
in een stad van Eygypte
die Thennesus heet.

cuius accolae
ita
uel mari
uel stagnis salsis
undique
circumluuntur,
ut
solis,
quia terra deest,
negotiationibus dediti
opes atque substantiam
nauali commercio
parent,
ita ut
aedificiis cum uoluerint extruendis
terra non suppetat,
nisi de longinquo
nauigiis
adportetur.

Zij wordt
dusdanig
van alle kanten
door de zee
en door zoutmeren
omspoeld,
dat haar bewoners
zich louter
aan zaken wijden,
bij gebrek aan land ;
zij hebben
hun vermogen en bestaan
van de zeehandel.
Het is zelfs zo sterk,
dat als ze huizen willen bouwen,
de grond daarvoor
per schip
van verre moet worden aangevoerd,
aangezien deze bij hen ontbreekt.

II. DE EPISCOPO ARCHEBIO

1. Vbi
cum
aduenientibus nobis
fauens desiderio nostris
diuinitas
beatissimi
atque praecipui uiri
Archebi episcopi
praestitisset
aduentum,
qui
raptus de anachoretarum coetu
et episcopus Panephyssi oppido datus
tanta districtione
omni aeuo suo
propositum solitudinis
custodiuit,
ut nihil de praeteritae humilitatis tenore
laxauerit
aut de adiecto sibi honore
blanditus sit
(non enim
tamquam idoneum
se
ad istud officium
testabatur
adscitum,
sed
ut indignum
ab illa anachoreseos disciplina
querebatur
expulsum,
eo quod
triginta et septem annis
in eadem conmoratus

2. BISSCHOP ARCHEBIUS

1. Toen wij
daar
aankwamen,
had God,
die onze verlangens begunstigde,
gezorgd
voor de gelijktijdige komst
van een heilig
en bijzonder man,
bisschop Archebius.

Hij was weggehaald uit de kring der anachoreten
en bisschop gemaakt van de stad Panephyssis ;
maar hij hield
altijd
zo strikt vast
aan het ideaal van de woestijn,
dat hij niets van zijn vroegere nederigheid
liet varen
en geen behagen had
in de hem geschonken eer.

Hij getuigde,
niet
tot dit ambt
geroepen te zijn
omdat hij er geschikt voor was;
maar
als een onwaardige,
zo beklagde hij zich,
was hij uitgestoten
uit het kluizenaarsleven,
omdat hij
in de zevenendertig jaar
die hij erin had doorgebracht,

ad puritatem tantae professionis
nequaquam
peruenire potuisset):

hic igitur
cum
in supra dicta Thenneso,
quo eum
eligendi illic episcopi causa
perduxerat,
pie nos
atque humanissime suscepisset,
agnito desiderio nostro,
quo sanctos patres
etiam in ulterioribus Aegypti partibus
inquirere desiderabamus:

2.
uenite,
inquit,
uidete interim senes
haud longe
a nostro monasterio consistentes,
quorum
ita
et antiquitas in corporibus iam curuatis
et sanctitas in ipso etiam fulget aspectu,
ut uel sola contemplatio eorum
magnam intuitibus possit conferre doctrinam:
a quibus
id,
quod ego amissum doleo
quod que tradere
iam perditum
nequeo,
non tam uerbis
quam ipso sanctae uitae
discatis
exemplo.

credo autem
inopiam meam
hoc studio
aliquatenus subleuandam,
si
inquirentibus uobis
illam euangelicam margaritam,
quam ipse non habeo,
saltim prouidero
ubi eam
conmodius
conparetis.

III. DESCRIPTIO HEREMI IN QUA CONMORABANTUR CHAEREMON, NESTEROS ET IOSEPH

1. Sumpto itaque
baculo et pera,

totaal niet
tot de zuiverheid die deze hoge staat eiste,
was kunnen komen.

Hij was
in Thennesus
op dat moment
voor de keuze van een bisschop.

Vol liefde
en zeer gastvrij nam hij ons op.
Toen hij ons verlangen vernomen had
om de heilige Vaders
tot in de verstaafgelegen streken van Egypte
te gaan opzoeken,

2.
sprak hij:
Komt intussen eerst
een bezoek brengen aan de Vaders
die niet ver
van ons klooster af wonen.

Hun ouderdom is zichtbaar
in hun reeds gekromde lichaam
en hun heiligheid straalt al wanneer men hen ziet,
zodat zelfs het loutere kijken naar hen
iemand heel wat kan leren.

Dat
wat ik tot mijn verdriet verloren heb
en wat ik niet kan
overleveren
omdat ik het niet meer heb,
zult gij van hen mogen leren,
niet zozeer door woorden
als wel door het voorbeeld
van hun heilig leven.

Ik hoop,
door deze zorg
mijn armzaligheid
enigszins goed te maken,
doordat ik
u die de parel uit het evangelie
zoekt
die ik zelf niet heb,
tenminste wijs
waar gij haar
gemakkelijk
kunt verwerven.

3. BESCHRIJVING VAN DE WOESTIJN WAAR CHERERNON, NESTEROS EN JOSEPH WOONDEN

1. Hij nam dus
staf en ransel

ut illic
cunctis uiam ingredientibus monachis
moris est,
ad ciuitatem nos suam,
id est Panephsin
itineris dux ipse
perduxit:

cuius terras,
immo etiam contiguae regionis
plurimam partem
quondam opulentissimam
(siquidem ex ea
cuncta,
ut fama est,
in regios cibos
subministrabantur)
repentino terrae motu excussum
mare
transgressis limitibus
occupauit
atque ita conlapsis fere omnibus uicis
opimas olim terras
salsis paludibus
supertexit,
ut illud
quod in psalmo
spiritaliter
decantatur:

*posuit flumina in desertum:
et exitus aquarum in sitim.
terram fructiferam in salsuginem,
a malitia habitantium in ea,*

secundum litteram
de illa putent regione
praedictum.

2. in his igitur locis
multa in hunc modum oppida
eminentioribus tumulis collocata
fugatis habitatoribus suis
eluuies illa
uelut insulas fecit,
quae
desideratam secedentibus sanctis solitudinem
praebent,
in quibus
tres senes,
id est Chaeremon, Nesteros et Ioseph,
anachoretiae antiquissimi
consistebant.

III. DE ABBATE CHAEREMONE ET EXCUSATIONE EIUS SUPER POSTULATA DOCTRINA

1. Itaque
beatus Archebius
primum

zoals die daar
gebruikelijk zijn
bij alle monniken die op reis gaan,
en bracht ons
zelf als gids
naar zijn stad,
Panephsis.

De grond daarvan,
en ook van een groot gedeelte
van de streek eromheen,
was ééns buitengewoon rijk:
alle
spijzen voor het hof
werden, naar men zegt,
vandaar
geleverd.

Maar door een plotselinge aardbeving
werd de zee geschokt:
zij is haar grenzen te buiten gegaan
en heeft het land overstroomd;
bijna alle dorpen zijn vergaan
en de vroeger vruchtbare grond
is overdekt
met zoutmoeras.

Dat
wat in de psalm
in geestelijke zin
wordt gezongen:

*Rivieren maakte hij tot steppen
en waterbronnen tot dorstige grond;
vruchtbaar land tot een zoutwoestijn
om de boosheid van zijn bewoners (Ps. 106, 33-34),*

wordt als letterlijk
voorzegd beschouwd
van deze streek.

2.
Deze overstroming
heeft meerdere dorpjes
die op hoogten gelegen waren,
tot eilanden gemaakt
en de bewoners verjaagd;
zij bieden nu
de heiligen die de afzondering zoeken,
de verlangde eenzaamheid.
Daar
woonden
de drie Vaders
Cheremon, Nesteros en Joseph,
hoogbejaarde kluizenaars.

4. ABT CHEREMON. ZIJN VERONTSCHULDIGING TEGENOVER HET DOOR ONS GEVRAAGDE ONDERRICHT

1.
De zalige Archebius
gaf er de voorkeur aan,

nos perducere
ad Chaeremonem
maluit,
quia
et monasterio eius propior
et duobus aliis
prouectior esset aetate.

nam
cum centenarium uitae annum
spiritu tantum alacer
excessisset,
ita
dorsum eius
temporis fuerat uetustate
atque orationum iugitate
curuatum,
ut
quasi in primaeuam redactus infantiam
submissis ac protentis
terra tenus
manibus
progrederetur.

2. huius igitur
et uultum mirabilem
et incessum
pariter intuentes
(siquidem
defectis
mortificatis que iam
omnibus membris
nequaquam
censuram praeteritae districtio-
nis amiserat)
cum
sermonem atque doctrinam
suppliciter posceremus
ac desiderium tantum spiritalium institutionum
causam fuisse aduentus nostri
protestaremur,
grauiter ille suspirans:
quid uobis,
ait,
possum conferre doctrinae,
cui
inbecillitas senectutis
ut rigorem pristinum
relaxauit,
ita loquendi quoque
ademit fiduciam?

3. quemadmodum enim
docere praesumam
quod ipse non facio,
aut alium
in eo instruam
quod me iam
uel minus
uel tepidius

ons eerst
naar Cheremon
te brengen,
omdat
deze dichter bij zijn klooster woonde
en ook verder gevorderd in leeftijd was
dan de twee anderen.

Hij was zijn honderdste jaar
gepasseerd,
alleen van geest nog levendig;
want van ouderdom
en door zijn voortdurend bidden
was zijn rug
dermate
gekromd,
dat hij,
als tot zijn eerste kinderjaren teruggebracht,
zich slechts met z'n handen
tot op de grond
uitgestrekt
kon voortbewegen.

2.
Wij keken
met bewondering naar zijn gelaat
en naar zijn manier van lopen:

al zijn ledematen
hadden het begeven
en waren reeds als dood,
maar de maat van zijn vroegere gestrengheid
had hij volstrekt niet
laten varen!

Deemoedig vroegen we hem
om een woord en een onderrichting,
getuigend
dat enkel het verlangen naar geestelijke vorming
de oorzaak van onze komst was.
Hierop sprak hij
met een diepe zucht:
Wat kan ik u
geven aan onderricht?

De zwakheid van de ouderdom
heeft mijn gestrengheid van vroeger
verslapt
en mij daarmee ook het recht van spreken
ontnomen.

3. Want hoe
zou ik het wagen,
te leren wat ik zelf niet doe?
Hoe kan ik een ander
instrueren in praktijken
waarvan ik weet
dat ik ze zelf niet
of lauw

exercere cognosco?
ob quam rem
nullum iuniorum
mihi in hanc usque aetatem cohabitare
permisi,
ne exemplo meo
alterius districtio
relaxetur.

numquam enim
erit efficax
instituentis auctoritas,
nisi eam
effectu operis sui
cordi adfixerit audientis.

V. DE RESPONSIONE NOSTRA CONTRA EXCUSATIONEM EIUS

Ad haec
nos non mediocri confusione conpuncti
ita respondimus:
Licet sufficere nobis
ad omnem instructionem debeat
uel loci istius difficultas
uel ipsa etiam solitaria adhuc uita,
quam iuuentas quoque robusta
uix tolerat,
quae nos
etiam te tacente
satis abunde que
instruunt atque conpungunt,
rogamus tamen
ut
taciturnitate paululum praetermissa
ea nobis potius dignanter infundas,
per quae
hanc quam uidemus in te uirtutem
non tam imitatione
conplecti
quam admiratione
possimus.

nam
etiamsi
reuelatus tibi tepor noster
inpetrare id quod expetimus
non meretur,
debet
hoc saltim
labor tanti itineris
obtinere,
quo
huc
de Bethleemitici coenobii rudimentis
institutionis uestrae desiderio
et profectus nostri amore
properauimus.

volbreng?
Om die reden
heb ik aan niemand van de jongeren
toegestaan
om bij mij tot op deze leeftijd te blijven wonen,
opdat andermans gestrengheid
niet door mijn voorbeeld
zou verslappen.

Nooit
zal de raad van een meester
gevolg hebben,
als hij hem zijn hoorder niet
door de kracht van zijn daden
op het hart bindt.

5. ONS WEDERWOORD OP ZIJN VERONTSCHULDIGING

Hierop
antwoordden wij,
niet weinig beschaamd:
Tot al onze lering
moest het zien kunnen volstaan
van deze ruige plaats
en van een nog eenzaam leven,
dat zelfs een krachtige jeugd
nauwelijks uit zou houden.
Het leert ons,
ook al zwijgt gij,
reeds heel veel
en maakt een diepe indruk op ons.
Niettemin vragen wij u
om zo goed te zijn
uw stilzwijgen liever een ogenblik op te geven
en woorden tot ons te spreken
waardoor wij
de deugd die wij in u zien,
in ons op kunnen
nemen,
niet zozeer door navolging
als wel door bewondering.

Al verdient
onze lauwheid, die u duidelijk is,
dan niet,
te krijgen wat wij vragen:
gij moet
het ons tenminste
toch geven
om de inspanning van de grote reis
die wij hebben ondernomen;
van de beginschool van het klooster te Betlehem
hebben wij ons hierheen
gespoed
uit verlangen naar uw onderricht,
begerig naar onze vooruitgang.

VI. PROPOSITIO ABBATIS CHAEREMONIS, QUOD TRIBUS
MODIS VITIJA INCANTUR

1. Tunc beatus Chaeremon:

Tria sunt, inquit,
quae faciunt homines
a vitiis temperare,
id est

aut metus gehennae
sive praesentium legum

aut spes
atque desiderium
regni caelorum

aut affectus boni ipsius
amorque virtutum.

nam
timor ita
mali contagium
legitur exsecrari:
*timor domini
odit malitiam.*

spes etiam
vitiatorum omnium
excludit incursum:
*non enim
delinquent omnes
qui sperant in eum.*

amor quoque
ruinam non metuit
peccatorum,
quia
*caritas
numquam cadit,*
et iterum:
*caritas operit
multitudinem peccatorum.*

2. et ideo
beatus apostolus
omnem salutis summam
in istarum trium virtutum consummatione
concludens

*nunc, inquit, manet
fides,
spes,
caritas,
tria haec.*

fides namque est
quae
futuri iudicii ac suppliciorum metu

6. STELLING VAN ABT CHEREMON. DE ONDEUGDEN
WORDEN OP DRIE MANIEREN OVERWONNEN

1. Toen sprak de zalige Cheremon:
Er zijn drie dingen
die de mensen ertoe brengen
zich van de ondeugden af te houden
:

de vrees voor de hel
of voor aardse wetten,

de hoop
en het verlangen
naar het rijk der hemelen,

of de genegenheid voor het goede zelf
en de liefde voor de deugden.

We lezen inderdaad
dat de vrees
de besmetting van het kwaad
verfoeit:
*De vrees des Heren
haat de boosheid (Spr. 8,13).*

De hoop eveneens
slaat de aanval
van iedere ondeugd af,
want:
*niet zullen zondigen
allen die op hem hopen (Ps. 33,23).*

De liefde tenslotte
vrees het ongeluk
der zonde niet,
want:
*de liefde
valt nimmer (1 Kor. 13,8),*
en eveneens:
*de liefde bedekt
tal van zonden (1 Petr. 4,8).*

2. Daarom ook
vat de zalige Apostel
het gehele heil
samen
in het volbrengen van die drie deugden:

*Nu blijven
geloof,
hoop
en liefde,
deze drie (1 Kor. 13,13).*

Het is het geloof,
dat krachtens
de vrees voor het toekomstig oordeel en de straffen

uitiorum facit contagia declinari,

spes
quae mentem nostram
de praesentibus
auocans
uniuersas corporis uoluptates
caelestium praemiorum expectatione
contemnit,

caritas
quae nos
ad
amorem Christi
et spiritualium uirtutum fructum
mentis ardore
succendens,
quidquid illis contrarium est,
toto facit odio detestari.

quae tria
licet ad unum finem tendere uideantur
(prouocant enim nos
a rebus illicitis abstinere),
magnis tamen excellentiae suae gradibus
ab inuicem disparantur.

3. duo namque superiora
proprie hominum sunt eorum
qui ad profectum tendentes
necdum affectum concipere
uirtutum,
tertium
specialiter dei est
et eorum
qui in sese
imaginem dei ac similitudinem
receperunt.

ille namque solus
ea quae bona sunt
nullo metu,
nulla remunerationis gratia
prouocante,
sed solo bonitatis operatur
affectu.

*omnia enim,
ut ait Salomon,
operatus est dominus
propter semet ipsum.*

suae namque
bonitatis obtentu
omnem bonorum copiam
dignis indignis que
largitur,
quia

de besmetting van de ondeugden doet vermijden;

de hoop,
die onze geest
van de tegenwoordige dingen
wegroept
en door de verwachting van de hemelse beloning
alle begeerten van het lichaam
minacht;

de liefde,
die
onze geest in vuur
ontsteekt
om
Christus te beminnen
en geestelijke deugden te oogsten,
en die al wat daarmee in strijd is,
met alle haat doet verfoeien.

Maar al zijn deze drie
kennelijk op één doel gericht
- ze zetten ons namelijk ertoe aan,
ons van ongeoorloofde dingen te weerhouden –
ze verschillen onderling sterk
in graad van verhevenheid.

3. De eerste twee
zijn eigen aan de mensen
die wel naar vooruitgang streven
maar nog niet tot genegenheid voor de deugden
zijn gekomen.
De derde
is kenmerkend voor God
en voor degenen
die het beeld en de gelijkenis van God
in zich
ontvangen hebben.

Hij alleen immers
werkt het goede
zonder dat enige vrees
of aantrekkingskracht van een beloning
Hem ertoe aanzetten,
maar louter uit goedheid.

*Alles immers,
zoals Salomon zegt,
heeft de Heer gewerkt
voor zichzelf (Spr. 16,4).*

Omwille van zijn goedheid
schenkt Hij
de overvloed van alle goed
aan waardigen en onwaardigen;

nec fatigari
iniuriis potest
nec iniquitatibus hominum
passibiliter permoueri,
semper scilicet manens
perfecta bonitas
inmutabilis que natura.

door geen beledigingen
laat Hij zich vermoeien,
door geen ongerechtigheden van de mensen
zich verbitteren,
altijd de volmaakte goedheid
blijvend,
de onveranderlijke natuur.

VII. QUIBUS GRADIBUS AD SUBLIMITATEM CARITATIS
POSSIT ASCENDI ET QUAE SIT IN EA STABILITAS

7. LANGS WELKE TREDEN MEN OP KAN KLIMMEN TOT DE
HOOGTE VAN DE LIEFDE. DE STANDVASTIGHEID IN DE
LIEFDE

1. Si quis igitur
ad perfectionem tendit,
de illo primo timoris gradu
quem proprie diximus esse
seruilem,
de quo dicitur:
*cum omnia feceritis,
dicite:
quia serui inutiles sumus,*
ad altiore spei tramitem
gradu proficiente
conscendet,
qui iam
non seruo,
sed mercenario
comparatur,
quia
mercedem retributionis
expectat
et quasi
de peccatorum absolutione
et poenali timore
securus
ac bonorum sibi operum
consciis,
licet
placiti praemium
uideatur expetere,
tamen
ad affectum illum filii,
qui de paternae indulgentiae liberalitate
confidens
omnia quae patris sunt
sua esse
non ambigit,
peruenire non potuit.

Als iemand dus
naar de volmaaktheid streeft,
moet hij van de eerste trap, dat is de vrees,
die wij een slaafse staat
genoemd hebben
en waarvan gezegd is:
*Wanneer gij alles gedaan hebt,
zegt dan:
wij zijn onnutte knechten (Lk. 17,10),*
opklimmen,
en zich verheffen
tot de hogere weg van de hoop.
Dan wordt hij niet meer
met een slaaf
vergeleken,
maar met een loonarbeider,
omdat hij
de uitbetaling van loon
verwacht.
Hij is
als zeker
van de vergeving van zijn zonden
en gerust op het punt van de vrees voor straf,
zich bewust
van goede werken.

Hij is op de overeengekomen beloning
uit;
maar
tot de genegenheid van het kind,
dat vertrouwt
op de milde vrijgevigheid van zijn vader
en er niet aan twijfelt
dat alles wat van zijn vader is,
ook het zijne is:
dàártoe is hij nog niet kunnen komen.

2. ad quem etiam
ille prodigus,
qui
cum substantia patris
etiam filii nomen
amiserat,
adspirare non audet
dicens:

iam non sum dignus

2. Juist zo durfde ook
de verloren zoon,
die
mèt het vermogen van zijn vader
ook de naam van zoon
had verspeeld,
daar niet naar verlangen:

Ik ben niet meer waard

uocari filius tuus:

post illas enim
porcorum siliquas
quarum ei satietas negabatur,
id est
uitiorum sordidos cibos,
quia
in semet ipsum reuersus
et salutari timore conpunctus
inmunditiam porcorum
horrere iam coeperat
ac dirae famis supplicia
formidabat,
uelut iam seruus effectus
etiam mercennarii statum
de mercede iam cogitans
concupiscit
ac dicit:

*quanti mercennarii patris mei
abundant panibus,
et ego hic fame pereo.
reuertar ergo ad patrem meum
et dicam illi:
pater,
peccaui in caelum et coram te,
iam non sum dignus
uocari filius tuus:
fac me
sicut unum de mercennariis tuis.*

3. sed
istam humilis paenitentiae uocem
in occursum eius pater prosiliens
maiore quam emissa fuerat pietate
suscepit
eum que
non contentus minora concedere
utroque gradu sine dilatione transcurso
pristinæ filiorum restituit dignitati.

festinandum proinde
etiam nobis est,
ut
ad tertium filiorum gradum,
qui omnia quae patris sunt
sua esse
credunt,
per indissolubilem caritatis gratiam
conscendentem
caelestis illius patris
imaginem ac similitudinem
recipere mereamur
et ad imitationem
ueri illius filii
proclamare possimus:
*omnia quae habet pater,
mea sunt.*

4. quod

uw zoon te heten (Lk. 15,19).

Na de
schillen van de varkens,
waarmee hij zich niet mocht verzadigen,
dat is,
de bezoedelde spijsen van de ondeugd,
keerde hij in zichzelf,
en door een heilzame vrees getroffen,
begon hij een afschuw te krijgen
van de onreine varkens
en duchtte hij
de verschrikkelijke kwelling van de honger.
Daardoor is hij reeds als 'n slaaf geworden.
Maar denkend aan het loon van de arbeiders,
verlangt hij ernaar
arbeider te worden
en zegt:

*Hoeveel arbeiders van mijn vader
hebben brood in overvloed,
en ik verga hier van de honger.
Ik ga weer naar mijn vader
en ik zal hem zeggen:
Vader,
ik heb misdaan tegen de hemel en tegen u;
ik ben niet meer waard
uw zoon te heten:
neem mij aan
als een van uw loonarbeiders* (Lc. 15,17-19).

3. Maar
zijn vader snelde hem tegemoet
en nam dat woord van nederig berouw
met nog groter liefde aan
dan waarmee het was uitgesproken.
Hij was niet tevreden hem iets minders te geven.
- hij sloeg de beide lagere trappen onmiddellijk over
en herstelde hem
in zijn vroegere waardigheid van zoon.

Ook wij
moeten ons haasten
om
door de genade van een onverbreekelijke liefde
tot de derde trap op te klimmen,
die van kinderen,
die geloven
dat alles wat van hun vader is,
ook het hunne is,
om aldus het beeld en de gelijkenis
van de hemelse Vader
te mogen ontvangen
en in navolging
van zijn waarachtige Zoon
te kunnen uitroepen:
*Alles wat de Vader heeft,
is het mijne* (Joh. 16,15).

4. Ditzelfde woord

etiam de nobis
beatus apostolus
profitetur dicens:
*omnia uestra sunt,
siue Paulus siue Apollo siue Cephas,
siue mundus siue uita siue mors,
siue praesentia siue futura:
omnia uestra sunt.*

ad quam similitudinem
etiam saluatoris praecepta
nos prouocant:
*estote, inquit, uos perfecti,
sicut et pater uester caelestis
perfectus est.*

in illis enim
nonnumquam
solet interrumpi
bonitatis affectus,
cum aliquo uel tepore uel laetitia uel oblectatione
uigor animi relaxatus
aut metum ad praesens gehennae
aut desiderium subtrahit futurorum.

5. et est quidem in illis
gradus cuiusdam profectus
inbuens nos,
ut
dum
uel poenarum metu
uel praemiorum spe
incipimus uitia declinare,
ad caritatis gradum
transire possimus,
quia
*timor, inquit,
non est in caritate,
sed perfecta caritas
foras mittit timorem:
quoniam
timor poenam habet,
qui autem timet
non est perfectus in caritate.*

6.
*nos ergo diligamus,
quia deus
prior dilexit nos.*

non ergo aliter
ad illam ueram perfectionem
conscendere poterimus,
nisi,
quemadmodum
nullius alterius
nisi nostrae salutis gratia
prior nos ille dilexit,
ita eum nos quoque
nullius alterius rei
nisi sui tantum amoris dilexerimus obtentu.

past de Apostel
ook op ons
toe:
*Alles is het uwe,
of het nu Paulus is of Apollos of Kefas,
wereld, leven of dood,
heden of toekomst:
alles is het uwe (1 Kor. 3, 21-22).*

Tot deze gelijkenis
roept ons
het voorschrift van de Verlosser zelf op.
*Weest volmaakt,
zoals ook uw hemelse Vader
volmaakt is (Mt. 5,48).*

Want op de eerste twee trappen
wordt gewoonlijk
de genegenheid voor het goede
af en toe onderbroken,
wanneer de geestkracht verslapt
door luiheid of vrolijkheid of genot,
en aflat van de vrees voor de hel
of het verlangen naar het toekomstige.

5. Maar toch zijn het
trappen van een zekere vooruitgang,
die ons iets leren:

doordat we
uit vrees voor de straf
of uit hoop op de beloning
de ondeugden beginnen te vermijden,
zijn we in staat om over te gaan
naar de trap van de liefde.

*Vrees, zo staat er,
is er in de liefde niet,
maar de volmaakte liefde
drijft de vrees uit;
want
vrees veronderstelt straf,
en wie vreest
is niet volmaakt in de liefde.*

6.
*Laten wij liefhebben
omdat God
ons het eerst heeft liefgehad (1Joh. 4,18-19).*

Onmogelijk dus
kunnen we tot de ware volmaaktheid
opklimmen,
tenzij,
zoals Hij ons
om geen andere reden
dan ons geluk
het eerst heeft bemind,
ook wij Hem beminnen
om niets anders
dan enkel zijn liefde.

quamobrem
studendum nobis est,
ut
de hoc timore ad spem,
de spe ad caritatem dei
uel ipsarum uirtutum amorem
perfecto mentis conscendamus ardore,
ut
transmigrantes
in affectum boni ipsius
immobiliter,
quantum humanae possibile est naturae,
quod bonum est
retentemus.

We moeten ons derhalve
beijveren
om
met volkomen vurigheid van geest,
van de vrees op te klimmen naar de hoop,
van de hoop naar de liefde Gods
en naar het van de deugden houden.

We moeten overgaan
tot de genegenheid voor 't goede zelf,
ons onveranderlijk
- voorzover dat de menselijke natuur mogelijk is -
vasthechten
aan wat goed is.

VIII. QUANTUM EXCELLANT QUI PER CARITATIS AFFECTUM DECLINANT A UITIIS

1. Multum namque differt
inter eum
qui metu gehennae
uel spe retributionis futurae uitiorum
in se extinguit
incendia,
et eum
qui diuinae caritatis affectu
ipsam malitiam et inmunditiam
perhorrescit
ac puritatis possidet bonum
amore tantum ac desiderio castitatis,
nec iam
remunerationem futurae promissionis
aspiciens,
sed
praesentis boni
delectatus conscientia
agit omnia
non contemplatione poenarum,
sed delectatione uirtutum.

2. hic namque status
nec
submotis cunctorum hominum testimoniis
abuti occasione peccati
nec
occultis cogitationum
uiolari blectationibus
potest,
dum
affectum uirtutis ipsius
medullitus retinens,
quidquid illi contrarium est,
non solum corde
non recipit,
uerum etiam summo
detestatur horrore.

8. HOE VOORTREFFELIJK DEGENEN ZIJN DIE UIT GENEGENHEID VAN LIEFDE HET KWAAD VERMIJDEN

1. Er bestaat een heel verschil
tussen iemand
die uit vrees voor de hel
of uit hoop op de toekomstige beloning
het vuur van de ondeugden
in zich blust,
en iemand
die uit genegenheid van de goddelijke liefde
het kwaad en de onreinheid
verafschuwt;
die het goed van de zuiverheid enkel bezit
omdat hij de kuisheid liefheeft en verlangt;
die niet meer
kijkt
naar het loon dat voor de toekomst beloofd is,
maar
zijn geluk vindt in het besef
van het goed dat al aanwezig is;
die in alles handelt
niet met het oog op de straf,
maar om 't genot dat de deugd met zich meebrengt.

2. Iemand in deze gesteldheid
zal de gelegenheid tot zonde
niet misbruiken,
ook al is er geen mens getuige van,
en hij laat zich
niet
door verborgen genietingen
in zijn gedachten overweldigen.
Omdat
de liefde voor de deugd zelf
tot in zijn merg is doorgedrongen,
laat hij niets wat daarmee in strijd is,
toe in zijn hart,
neen,
verfoeit het
met de grootste afschuw.

3. aliud namque est
praesenti bono
quempiam delectatum
odio habere
uitiorum carnis ue contagia,
aliud
futurae remunerationis intuitu
inlicitas concupiscentias
refrenare,
aliud que est
praesens metuere
detrimentum
et aliud
futurum formidare
supplicium.

postremo
multo maius est
propter bonum ipsum
a bono
nolle discedere,
quam
propter metum mali
malis
non praebere consensum.

in illo enim
uoluntarium
bonum est,
in isto uero
uelut coactum
et tamquam nolenti uiolenter extortum
uel metu supplicii
uel cupiditate praemiorum.

nam
qui timoris obtentu
a uitiorum abstinet blandimentis,
adempto timoris obstaculo
rursum
ad illud quod diligit
reuertetur
et ob id
nec stabilitatem boni
iugiter obtinebit,
sed ne ab inpugnatione quidem
aliquando
requiescet,
quia
nec firmam ac perpetuam
pacem castimoniae
possidebit.

4. ubi enim
est
inquietudo bellorum,
non possunt
non etiam uulnerum
interuenire
discrimina.

3. Het is inderdaad iets anders,
de smetten van de ondeugd en van het vlees
te verafschuwen
omdat men z'n behagen vindt
in een goed dat aanwezig is,
dan
zich met het oog op een toekomstige beloning
van de ongeoorloofde begeerten
te weerhouden.
Een onmiddellijke schade
vrezen
is iets anders
dan
bang zijn
voor een toekomstige straf.

Kortom,
het is veel méér,
omwille van het goede zelf
het goede
niet op te geven,
dan
uit vrees voor het kwaad
niet met het kwade
in te stemmen.

In het eerste geval
is het goede
vrij gewild,
in het tweede
als het ware gedwongen
en met geweld afgeperst van een onwillige,
door de vrees voor straf
of door de begeerte naar beloning.

Iemand die zich krachtens vrees
afhoudt van de verleiding van de ondeugd,
zal zodra het beletsel van de vrees vervalt,
weer
terugkeren
naar wat hij bemint.
Om die reden
zal hij nooit vastheid in het goede
verwerven.
Hij zal zelfs nooit
met rust gelaten worden
door de aanvechtingen,
omdat hij
de sterke, blijvende
vrede van de zuiverheid
ten enen male niet bezit.

4. Want waar
het gewoel van de oorlog
is,
daar kan
het gevaar
gewond te worden,
niet uitblijven.

necesse est enim
quempiam in conflictu situm,
quamuis bellator sit
ac fortiter dimicans
letalia aduersariis uulnera frequenter infligat,
nonnumquam tamen
hostili mucrone
perstringi.

qui uero
superata
inpugnatione uitiorum
pacis iam securitate perfruitur
et transiit
in ipsius uirtutis affectum,
iugem statum illius boni
cuius iam totus est
retentabit,
quia
damno intimae castitatis
nihil credit
esse damnosius.

5. nec enim
carius ac pretiosius
quicquam
praesenti iudicat puritate,
cui
poena grauis est
uel uirtutum pernicioosa transgressio
uel ipsius uitii uirulenta contagio.

huic, inquam,
nec
reuerentia humanae praesentiae
quicquam adiciet
honestatis
nec
minuet
solitudo,
sed
ubique
se cum
semper que
circumferens
arbitram
non solum actuum,
sed etiam cogitationum suarum
conscientiam
illi potissimum studere
contendet,
quam
nec circumueniri
nec falli
nec subterfugere
se posse
cognoscit.

Iemand die in een gevecht is gewikkeld,
hoe krijgslustig hij ook is
en hoeveel dodelijke wonden hij
dapper vechtend
zijn tegenstanders ook toebrengt,
zal noodzakelijk ook zelf soms
geraakt worden
door de wapens van de vijand.

Maar iemand
die de aanvechtingen van de ondeugden
heeft overwonnen
en daardoor veiligheid en vrede geniet,
die tot de liefde voor de deugd zelf
is overgegaan:
zo iemand zal de staat van het goede,
waaraan hij reeds geheel toebehoort,
blijvend handhaven,
want
hij acht
niets erger
dan schade aan zijn innerlijke reinheid.

5. Niets
is hem
dierbaarder en kostbaarder
dan de zuiverheid die hij heeft.
Voor hem is
de kwalijke inbreuk op de deugden
of de giftige besmetting van de ondeugd zelf
een zware straf.

Bij zo iemand
voegt
het ontzag voor de aanwezigheid van mensen
niets toe
aan zijn eerbaarheid,
en het alleen zijn
doet er
niets af;
maar
overal
en altijd
draagt hij
de rechter
van zijn daden
en zelfs van zijn gedachten
met zich mee,
zijn geweten:
daarnaar zoekt hij zich
te richten,
en
hij weet
dat dit niet is
te strikken
of bedriegen
of te ontwijken.

VIII. QUOD CARITAS NON SOLUM DE SERUIS FILIOS
FACIAT, SED ETIAM IMAGINEM DEI AC SIMILITUDINEM
CONFERAT

1. Quem statum
si quis
de adiutorio dei,
non de studii sui labore
praesumens
meruerit possidere,
de condicione seruili,
in qua timor est,
et mercennaria spei cupiditate,
in qua
non tam bonitas largientis
quam praemium retributionis
expetitur,
in adoptionem
incipiet transire
filiorum,
ubi iam
non timor,
non cupiditas,
sed illa caritas
quae numquam cadit
iugiter perseuerat.

de quo timore et caritate
quosdam increpans
dominus
quid cui personae conueniret
ostendit:

*filius honorat patrem,
et seruus dominum suum timet:
et si pater ego sum,
ubi est honor meus:
et si dominus ego sum,
ubi est timor meus?*

2. necesse est enim
timere eum
qui seruus est,
quia
si
sciens uoluntatem domini sui
fecerit digna plagis,
uapulabit multis.

per hanc itaque caritatem
quisque
ad imaginem dei similitudinem que
peruenerit,
bono iam
propter boni ipsius
delectabitur
uoluptatem,
ac
similem
quodammodo possidens

9. DE LIEFDE MAAKT NIET ALLEEN VAN SLAVEN ZONEN,
MAAR SCHENKT OOK GODS BEELD EN GELIJKENIS

1. Als iemand,
vertrouwend
op Gods hulp
en niet op zijn eigen inspanning,
deze staat
mag bezitten,
dan begint hij over te gaan
van de hoedanigheid van slaaf,
waarin de vrees heerst,
en van de baatzuchtige begeerte van de hoop,
waarin men
niet zozeer de goedheid van de geuer
zoekt
als wel de beloning die gegeven wordt,
naar de aanneming
tot kinderen,
waar
geen vrees meer is,
geen begeerte,
doch waarin de liefde
die nimmer vergaat,
voortdurend aanhoudt.

Van die vrees en die liefde
toont
de Heer,
in een verwijt dat Hij uitspreekt,
wát aan wélke persoon toekomt:

*De zoon eert zijn vader,
de slaaf vreest zijn meester.
Maar zo Ik dan een Vader ben,
waar is dan mijn eer?
En zo Ik een Meester ben,
waar is dan de vrees voor Mij? (Mal. 1,6).*

2. Hij die slaaf is,
vreest
noodzakelijk,
want
als hij
de wil van zijn heer kende,
maar dingen heeft gedaan die straf verdienen,
zal hij zwaar getuchtigd worden (Lc. 12,47-48).

Al wie dus
door deze liefde
tot Gods beeld en gelijkenis
is gekomen,
schept voortaan behagen
in het goede
om het genot
van dat goede zelf.
Hij zal,
beheerst
door een overeenkomstig

patientiae ac lenitatis affectum
nullis deinceps peccantium uitiiis
irascetur,
sed ueniam potius
infirmis eorum
condolens atque conpatiens
inplorabit,
se que reminiscens
tamdiu
similium passionum stimulis
inpugnatum,
donec
miseratione domini
saluaretur,
nec suo eruditum studio
ab inpugnatione carnali,
sed dei protectione
saluatum,
non iracundiam,
sed misericordiam
errantibus
intellegit
inpendendam,
illum uersiculum ad deum
cum omni cordis tranquillitate
decantans:

*tu dirupisti uincula mea:
tibi sacrificabo hostiam laudis,*
et:

*nisi quia dominus adiuuit me:
paulo minus
habitauerat in inferno
anima mea.*

3. et
in hac mentis humilitate consistens
poterit
etiam euangelicum illud perfectionis
explere
mandatum:

*diligite inimicos uestros,
bene facite his
qui oderunt uos,
et orate
pro persequentibus
et calumniantibus uos.*

et ita
ad illud praemium
quod subiungitur
merebimur peruenire,
per quod
non solum
imaginem dei et similitudinem
praeferamus,
uerum etiam
filii
nuncupemur:

*ut sitis, inquit,
filii patris uestri*

gevoelen van geduld en zachtheid,
niet meer toornig worden
om de ondeugden van de zondaars,
maar veeleer,
in mededogen en medelijden
voor hun zwakheden,
om vergiffenis bidden.
Hij zal bedenken dat hij
zó lang
door de prikkels van soortgelijke hartstochten
is aangevochten,
totdat hij
door de ontferming van de Heer
werd bevrijd;
dat hij zich niet door eigen toeleg heeft ontdaan
van de aanvechting van het vlees,
maar er door Gods bescherming
uit bevrijd is.
Daarom begrijpt hij
dat men geen toorn,
maar barmhartigheid
moet hebben
voor de dwalenden.
Met een volkomen gerust hart
zingt hij
dit vers tot God:

*Gij hebt mijn boeien verbroken;
U zal ik een offer van lof opdragen (Ps. 115,16-17).*

En:

*Als de Heer mij niet had geholpen,
had mijn ziel
welhaast
in de onderwereld gewoond (Ps. 93,17).*

3.
In deze nederigheid van geest
is hij in staat,
het gebod
uit het evangelie om volmaakt te zijn,
te volbrengen:

Bemint uw vijanden

*en bidt
voor wie u vervolgen
en belasteren (Mt. 6,44).*

En zo
zullen we mogen komen
tot de beloning
waarvan onmiddellijk daarna sprake is,
die inhoudt
dat we niet alleen
Gods beeld en gelijkenis
in ons dragen,
maar ook
kinderen
heten:
Opdat gij kinderen moogt zijn,
zo zegt Hij,

*qui in caelis est,
qui solem suum oriri facit
super bonos et malos,
et pluit
super iustos
et iniustos.*

quem affectum
beatus Iohannes
adsecutum se esse
cognoscens
ait:

*ut fiduciam habeamus
in die iudicii,
quia
sicut ille est
et nos sumus
in hoc mundo.*

4. in quo enim
infirma et fragilis humana natura
esse, sicut ille est,
potest,
nisi
si in bonos et malos,
iustos et iniustos
ad imitationem dei
placidam
semper
sui cordis
extenderit
caritatem,
et ut bonum
propter boni ipsius
operetur
affectum,
perueniens
ad illam ueram adoptionem filiorum dei,
de qua idem beatus apostolus
ita pronuntiat:

*omnis qui natus est ex deo
peccatum non facit,
quia semen ipsius in eo est,
et non potest peccare,
quoniam ex deo natus est,*

et iterum:

*scimus
quoniam omnis
qui natus est ex deo
non peccat,
sed generatio dei
conseruat eum,
et malignus
non tangit eum?*

5. quod
intellegendum est
non de omni genere peccatorum,
sed de capitalibus tantum criminibus
dici.

*van uw Vader in de hemel,
die zijn zon laat opgaan
over goeden en slechten
en het laat regenen
over rechtvaardigen
en onrechtvaardigen (Mt. 6,45).*

De zalige Joannes
was zich ervan bewust
dit gevoelen
bereikt te hebben
toen hij zei:

*Wij hebben vertrouwen
op de Dag van het oordeel,
want
zoals Hij is,
zo zijn ook wij
in deze wereld (1Joh. 4,17).*

4. Hoe immers
kan
de zwakke, broze menselijke natuur
zijn zoals Hij,
tenzij
door in navolging van God
de welwillende
liefde
van haar hart
steeds
te laten uitgaan
naar goeden en slechten,
naar rechtvaardigen en onrechtvaardigen,
en door het goede
te doen
uit liefde
voor het goede zelf?
Daardoor komt zij
tot de ware aanneming der kinderen Gods,
waarvan de reeds genoemde zalige apostel
dit verklaart:

*Al wie uit God is geboren
doet geen zonde,
want het zaad Gods blijft in hem;
en hij kan niet zondigen
want hij is uit God geboren (1Joh. 3,9).*

En nogmaals:

*Wij weten
dat al wie
uit God is geboren
niet zondigt,
maar zijn geboorte uit God
behoedt hem,
en de Boze
heeft geen vat op hem (1Joh. 5,18).*

5. Dit woord
moet men niet verstaan
van iedere soort zonde,
maar alleen van de dodelijke vergrijpen.

a quibus
se quisquis
extrahere atque emundare
noluerit,
pro illo
in alio loco
praedictus apostolus
ne orari quidem debere
pronuntiat

*qui scit, inquit,
fratrem suum peccare
peccatum non ad mortem,
petet,
et dabit ei uitam,
peccantibus non ad mortem.
est peccatum ad mortem:
non pro illo
dico
ut roget.*

ceterum de illis
quae pronuntiantur
non esse ad mortem,
a quibus etiam hi
qui fideliter Christo deseruiunt,
quantalibet
semet ipsos
circumspectione
custodiant,
inmunes esse
non possunt,
ita dicitur:

*si dixerimus
quia peccatum non habemus,
ipsi nos decipimus
et ueritas in nobis non est,*

et iterum:

*si dixerimus
quia non peccauius,
mendacem facimus eum
et uerbum eius
non est in nobis.*

6. impossibile namque
est
quemlibet sanctorum
non in istis minutiis,
quae
per sermonem,
per cogitationem,
per ignorantiam,
per obliuionem,
per necessitatem,
per uoluntatem,
per obreptionem
admittuntur,
incurrere.

quae licet

Wie zich
hiervan
niet wil
bevrijden en beteren:
voor hem
mag zelfs niet gebeden worden,
zo verklaart
dezelfde apostel
op een andere plaats-
*Wie zijn broeder
een zonde ziet bedrijven
die niet ten dode is,
moet bidden,
en God zal hem leven geven,
hun die niet ten dode zondigen.
Er bestaat een zonde die ten dode is;
hiervoor geldt mijn aansporing
om te bidden
niet (1Joh. 5,16).*

Maar van de zonden
die niet ten dode
worden genoemd,
waarvan ook zij
die Christus trouw dienen
niet vrij
kunnen blijven,
met hoeveel
omzichtigheid zij ook
op hun hoede
zijn:
daarvan wordt aldus gesproken:

*Als wij zeggen
dat wij geen zonde hebben,
misleiden wij onszelf
en is de waarheid niet in ons (1Joh. 1,8).*

En nogmaals:

*Als wij zeggen
dat wij niet hebben gezondigd,
maken wij Hem tot een leugenaar
en is zijn Woord
niet in ons (1Joh. 1,10).*

6. Onmogelijk
is het
dat niet iedere heilige
valt
in die kleine dingen
die
geschieden
door woorden,
door gedachten,
door onwetendheid,
door vergeetachtigheid,
uit dwang,
door wil
of bij verrassing.

Deze dingen

ab illo peccato
quod ad mortem esse dicitur
aliena sint,
culpa tamen
ac reprehensione
carere
non possunt.

staan veraf
van de zonde
die ten dode wordt genoemd,
doch daarmee zijn wij
nog niet vrij
van schuld
en laakbaarheid.

X. QUOD PERFECTIO CARITATIS SIT PRO INIMICIS
ORARE, ET QUO INDICIO ANIMA NECDUM PURGATA
NOSCATUR

10. HET IS DE VOLMAAKTHEID VAN DE LIEFDE, VOOR
ZIJN VIJANDEN TE BIDDEN. HET TEKEN WAARAAN MEN
DE NOG NIET GELOUTERDE ZIEL KENT.

Cum ergo
quis
hunc quem praediximus
bonitatis affectum
et imitationem dei
fuerit adsecutus,
tunc
uisceribus dominicae longanimitatis
indutus
pro persecutoribus quoque suis
orabit
similiter dicens:
*pater, ignosce eis:
non enim sciunt
quid faciunt.*

Wanneer dus
iemand
genoemde
genegenheid voor het goede
en navolging van God
heeft bereikt,
dan zal hij,
bekleed
met 's Heren lankmoedige liefde,
ook voor zijn vervolgers
bidden,
zoals Deze:
*Vader, vergeef hun,
want zij weten niet
wat zij doen (Lc. 23,34).*

ceterum
euidens indicium est
animae
necdum
uitiorum faecibus
eliquatae
in criminibus alienis
non affectu misericordiae
condolere,
sed rigidam iudicantis
tenere
censuram.

Het is overigens
een duidelijk teken
dat een ziel
nog niet
van het vuil van de ondeugden
is gezuiverd,
als zij bij de zonden van anderen
geen gevoelens van barmhartigheid
en medelijden toont,
maar de harde kritiek
heeft
van iemand die oordeelt.

nam
quemadmodum
perfectionem cordis
poterit obtinere is,
qui non habet illud
quo apostolus
plenitudinem legis
consummari posse
signavit
alterutrum,
inquiens,
*onera uestra portate,
et sic adimplebitis
legem Christi,*
sed nec
illam uirtutem
possidet

Want
hoe zal iemand
de volmaaktheid van hart
kunnen bereiken
als hij niet datgene heeft
waarin de Apostel
de vervulling
van de volheid van de wet
heeft gelegd?
Draagt,
zo zegt hij,
*elkanders lasten,
en zo zult gij de Wet van Christus
volbrengen (Gal. 6,2).*
Hoe zal hij haar bereiken als hij niet
de deugd
van liefde

caritatis,
quae
*non irritatur,
non inflatur,
non cogitat malum,
quae omnia suffert,
omnia sustinet?*

iustus
enim
*miseretur
animas pecorum suorum:
uiscera autem inpiorum
sine misericordia.*

ideo que
isdem uitiiis
monachum subiacere
certissimum est,
quae in alio
inclementi atque inhumana seueritate
condemnat.

rex
enim
*rigidus
incurrat in mala,*
et
*qui obturat aures suas
ne audiat infirmum,
et ipse inuocabit,
et non erit
qui exaudiat eum.*

XI. INTERROGATIO, CUR AFFECTUM TIMORIS ET SPEI
DIXERIT IMPERFECTUM

Germanus:
Potenter quidem
atque magnifice
de perfecta dei caritate
dissertum est.

uerumtamen
illud nos permouet,
quod,
cum eam
tanta laude
praetuleris,
timorem dei
et spem retributionis aeternae
imperfecta esse
dixisti,
cum utique
multo aliud
uideatur
de eis
propheta

bezeit
die
*niet toornig wordt,
niet verwaand,
het kwade niet denkt;
die alles verdraagt,
alles uthoudt? (1Kor. 13, 4-7).*

Want:
*De rechtvaardige
ontfermt zich nog
over zijn vee;
maar het hart der bozen
is zonder erbarming (Spr. 12,10).*

Het is derhalve
volstrekt zeker
dat een monnik behept is
met diezelfde ondeugden
die hij in een ander
met onverbiddelijke en onmenselijke gestrengheid
veroordeelt.

Want:
*Een hardvochtige
koning
zal in het kwade geraken (Spr. 13,17 LXX),*
en
*Wie zijn oren dichtstopt
om de zwakke niet te horen,
zal ook zelf roepen
en niemand
zal naar hem luisteren (Spr. 21,13).*

11. VRAAG: WAAROM HIJ DE GEVOELENS VAN VREES EN
HOOP ONVOLMAAKT HEEFT GENOEMD

Germanus:
We hebben een machtige
en verheven uiteenzetting
mogen horen
over de volmaakte liefde tot God.

Eén ding
evenwel
verontrust ons:
terwijl gij haar
met zo'n lof
hoog hebt verheven,
hebt ge de vreze Gods
en de hoop op de eeuwige beloning
onvolmaakt
genoemd.
Maar
de profeet
schijnt
toch heel anders
daarover

sensisse
dicens:
*timete dominum
omnes sancti eius:
quia nihil deest
timentibus eum.*

et iterum
in obseruandis iustificationibus
dei retributionis
se
contemplatione
fateatur
exercitum
*inclinaui, inquiens,
cor meum
ad faciendas
iustificationes tuas
in aeternum,
propter retributionem.*

et apostolus
fide,
inquit,
*Moses grandis factus
negauit
se esse
filium filiae Pharaonis,
magis eligens
adfligi
cum populo dei
quam temporalis peccati habere
iucunditatem,
maiores diuitias
aestimans
thesauris Aegyptiorum
inproperium Christi:
aspiciebat enim
in remunerationem.*

quomodo ergo
imperfecta esse
credenda sunt,
cum
et beatus Dauid
retributionis obtentu
iustificationes domini
se fecisse
glorietur,
et legislator
praemia futura prospiciens
spreuisse
adoptionem regiae dignitatis
et adflictionem dirissimam
thesauris Aegyptiorum
praetulisse
dicatur?

gedacht te hebben,
waar hij zegt:
*Vreest de Heer,
al zijn heiligen:
want niets ontbreekt hun
die Hem vrezen (Ps. 33,10).*

En elders
verzekert hij,
dat hij zich
op het onderhouden van Gods geboden
heeft toegelegd
met het oog
op de beloning:
*Ik heb mijn hart
erop gezet,
uw geboden
altijd
te volbrengen,
omwille van de beloning (Ps. 118,112).*

En de Apostel
zegt:
*Door het geloof
heeft Mozes, volwassen geworden,
geweigerd
de zoon van Farao's dochter
te zijn;
hij wilde liever
met Gods volk
mishandeld worden
dan een kortstondig voordeel trekken
uit de zonde;
hij achtte
de smaad van Christus
groter rijkdom
dan de schatten der Egyptenaren,
want hij hield het oog gericht
op de beloning (Hebr. 11,24-26).*

Hoe moet men dan
daarvan denken
dat ze onvolmaakt zijn,
aangezien
de zalige David
zich erop beroemt
's Heren geboden
volbracht te hebben
met het oog op de beloning,
en er van de Wetgever
wordt gezegd dat hij,
uitziende naar de toekomstige prijs,
de aanneming tot de koninklijke waardigheid
heeft afgewezen
en de ergste mishandeling
heeft geprefereerd
boven de schatten der Egyptenaren?

XII. RESPONSIO DE DIUERSITATE PERFECTIONUM

1. Chaeremon:

Pro statu atque mensura
uniuscuiusque mentis
scriptura diuina
ad diuersos perfectionum gradus
arbitrii nostri
prouocat
libertatem.

nec enim poterat
uniformis omnibus
perfectionis corona
proponi,
quia
nec omnium
una uirtus
aut uoluntas
aut feruor est,
et idcirco
ipsarum quodammodo perfectionum
diuersos ordines
diuersas que mensuras
sermo diuinus instituit.

2. quod ita esse
euangelicarum quoque beatitudinum
uarietas
euidenter ostendit.

licet enim
beati dicantur
quorum sunt regna caelorum,
et beati
qui possidebunt terram,
et beati
qui consolationem recipient,
et beati
qui saturitate potientur,
tamen
multum credimus interesse
inter habitationem regni
caelorum
et possessionem illius
quaecumque est
terrae,
et inter perceptionem consolationis
et plenitudinem saturitatem que iustitiae,
multum que distare
inter illos
qui misericordiam consequentur
et illos
qui gloriosissima uisione dei
perfrui merebuntur.

3. *alia*
enim

12. ANTWOORD: DE VERSCEIDENHEID IN DE VOLMAAKTHEID

1. Cheremon:

De goddelijke Schrift
roept
onze vrije
wil
naargelang van ieders
gesteltnis en maat
tot verschillende graden van volmaaktheid.

Dat had ook niet gekund,
aan allen dezelfde
kroon van volmaaktheid
in uitzicht te stellen,
want
allen hebben ook niet
dezelfde deugd
en wil
en vurigheid.
Daarom
stelt de heilige Schrift
om zo te zeggen verschillende orden
en verschillende maten vast
van volmaaktheid.

2. Een duidelijk bewijs hiervan
geeft
de verscheidenheid
van de zaligheden uit het evangelie.

Ofschoon
zij zalig worden genoemd
aan wie het Rijk der hemelen behoort,
en zij zalig
die de aarde zullen bezitten,
en zij zalig
die troost zullen ontvangen,
en zij zalig
die verzadigd zullen worden:
toch is er, geloven wij,
een groot verschil
tussen het wonen in het Rijk
der hemelen
en het bezit
van de aarde,
wat deze ook zijn moge,
tussen het ontvangen van troost
en de volheid en verzadiging van gerechtigheid:
is er een groot verschil
tussen hen
die barmhartigheid zullen ondervinden
en degenen
die de heerlijke aanschouwing Gods
zullen mogen genieten.

3. Want
de luister van de zon

*gloria solis,
et alia gloria lunae,
et alia
gloria stellarum:
stella enim
a stella differt
in gloria.
ita
et resurrectio mortuorum.*

cum igitur
iuxta hunc modum
scriptura diuina
timentes deum laudet
et dicat:

*beati omnes,
qui timent dominum,
et plenam per hoc
illis beatitudinem
repromittat,
iterum tamen
dicit:
timor
non est in caritate,
sed perfecta caritas
foras mittit timorem:
quoniam
timor poenam habet,
qui autem timet
non est perfectus
in caritate.*

4. et rursus,
cum
seruire deo
gloriosum sit
et dicatur:

*seruite domino
in timore,*

et:

*magnum tibi est
uocari
seruum meum,*

et:

*beatus seruus ille,
quem
cum uenerit dominus suus
inueniet
sic facientem,*

tamen

ad apostolos dicitur:

*iam non dico uos
seruos,
quia seruus nescit
quid faciat dominus suus:
uos autem dico
amicos,
quia omnia
quaecumque audiui a patre
nota feci uobis,*

*is anders
dan die van de maan,
en die van de sterren
is wéér anders;
zelfs de ene ster
verschilt van de andere
in schittering.
Zo is het
ook met de opstanding der doden (1Kor. 15, 41-42).*

Aldus spreekt de goddelijke Schrift
nu ook hier.
Ofschoon zij
degenen die God vrezen prijst
en zegt:

*Zalig allen
die de Heer vrezen (Ps. 127,1)
en hun daarmee
de volkomen zaligheid
beloofd,
zegt zij
toch anderzijds ook:
Vrees
is er in de liefde niet,
maar de volmaakte liefde
drijft de vrees uit;
want
vrees veronderstelt straf,
en wie vreest
is niet volmaakt
in de liefde (1Joh. 4,18).*

4. En eveneens,
ofschoon
God dienen
eervol is
en er wordt gezegd:

*Dient de Heer
in vreze (Ps. 2,11),*

en:

*Het is een eer voor u,
mijn dienaar
te worden genoemd (Jes. 49,6 LXX.),*

en:

*Gelukkig die dienaar
als zijn heer bij zijn komst
hem
daarmee bezig
vindt (Mt. 24,46),*

toch

wordt er tot de apostelen gezegd:

*Ik noem u
geen dienaars meer,
want de dienaar weet niet
wat zijn heer doet;
maar Ik noem u
vrienden,
want Ik heb u alles
meegegeeld
wat Ik van de Vader heb gehoord (Joh.15,15),*

et iterum:

*uos amici mei estis,
si feceritis ea
quae praecipio uobis.*

5. uidetis ergo
perfectionum gradus esse
diuersos
et de excelsis
ad excelsiora
nos a domino prouocari
ita,
ut is
qui in timore dei
beatus et perfectus extiterit,
ambulans
sicut scriptum est
de uirtute in uirtutem
et de perfectione ad aliam perfectionem,
id est
de timore
ad spem
mentis alacritate
conscendens,
ad beatiorum denuo statum,
quod est caritas,
inuitetur,
et
qui fuerit
fidelis seruus ac prudens,
ad amicitiae sodalitatem
et adoptionem
transeat
filiorum.

6. Secundum hunc ergo sensum
nostra quoque est intellegenda
sententia:
non quo
contemplationem
perpetuae illius poenae
vel beatissimae retributionis
quae repromittitur sanctis
nullius pronuntiemus esse
momenti,
sed quia
cum sint utiles
et sectatores suos
ad initia beatitudinis
introducant,
caritas rursum,
in qua plenior fiducia
perpetuumque iam gaudium
est,
adsumens eos
de timore serui
et mercennaria spe
ad dilectionem dei
et adoptionem transferet
filiorum

en ook dit:

*Gij zijt mijn vrienden
als gij doet
wat Ik u gebied (Joh. 15,14).*

5. Ge ziet
dat er dus
graden van volmaaktheid zijn
en dat de Heer ons
van het hoge oproept
tot het nog hogere.

Hij
die in de vreze Gods
zalig en volmaakt is,
wordt uitgenodigd om,
naar het Schriftwoord,
te gaan
van deugd tot deugd (Ps. 83,8),
van volmaaktheid tot volmaaktheid,
dat wil zeggen
met blijde geest
op te klimmen
van de vrees
naar de hoop
en vervolgens naar de zaliger staat
die de liefde is.

Hij die een
getrouwe en verstandige dienaar (Mt. 24,45) is,
mag overgaan
naar de intimiteit van de vriendschap
en de aanneming
tot kinderen.

6. In die zin
moet u dus ook mijn woorden
verstaan.
Ik noem
het overwegen
van de eeuwige straf
of van het gelukzalige loon
dat de heiligen wordt beloofd,
niet
van generlei belang;
het is integendeel
nuttig,
het leidt
hen die er zich aan wijden,
in tot het begin van de zaligheid.
Maar de liefde,
die een voller vertrouwen
en reeds een eeuwige vreugde
bezit,
neemt hen op
uit de slaafse vrees
en de baatzuchtige hoop
en brengt hen over
naar het beminnen van God
en naar de aanneming tot kinderen.

et quodammodo
perfectiores faciet
de perfectis.

Multae
enim ait saluator
mansiones sunt
apud patrem meum,
et
licet omnia
astra esse uideantur
in caelo,
inter claritatem tamen
solis et lunae atque luciferi
ceterarum que stellarum
multa distantia est.

7. et idcirco
beatus apostolus
non solum timori ac spei,
sed etiam cunctis charismatibus,
quae magna ac mirifica habentur,
eam praeferens
supra modum excellentiorem omnibus
uiam caritatis
ostendit.

nam
cum uellet
expleto omni catalogo
spiritualium charismatum uirtutum
eius membra
describere,
ita praefatus est:
et adhuc
supra modum excellentiorem
uobis uiam demonstro.
si linguis hominum loquar
et angelorum,
et si habuero prophetiam
et nouerim mysteria omnia
et omnem scientiam,
et si habuero omnem fidem ita
ut montes transferam,
et si distribuero in cibos pauperum
omnes facultates meas,
et tradidero corpus meum
ut ardeam,
caritatem autem non habuero,
nihil mihi prodest.

8. uidetis ergo
nihil pretiosius,
nihil perfectius
nihil que sublimius
et ut ita dixerim
nihil caritate perennius
inueniri.

siue enim prophetiae,

Zij maakt om zo te zeggen
reeds volmaakten
nog volmaakter.

Er zijn veel
woningen
bij mijn Vader,
zegt de Verlosser (Joh. 14,2).

Ofschoon
alle hemellichamen zichtbaar zijn
aan het firmament,
toch is er een groot verschil
tussen de helderheid
van de zon en de maan of de morgenster,
en de overige sterren.

7. Daarom
stelt de zalige Apostel
de liefde hoger
dan de vrees en de hoop
en zelfs aan alle geestesgaven,
die als groot en buitengewoon worden beschouwd,
en toont hij
de weg van de liefde
die ver boven alles verheven is.

Toen hij
na de opsomming van de gehele lijst
van geestesgaven
de voortreffelijke eigenschappen van de liefde
wilde beschrijven,
sprak hij aldus:
Maar eerst
wijs ik u een weg
die veel verhevener is.
Al spreek ik de talen van engelen
en mensen,
al heb ik de gave der profetie
en ken ik alle geheimen
en alle wetenschap,
al heb ik het volmaakte geloof
zodat ik bergen verzet,
al geef ik ook mijn hele vermogen
tot spijs aan de armen
en al lever ik mijn lichaam over
aan de vuurdood:
als ik de liefde niet heb.
baat het mij niets (1Kor. 12,31; 13,1-3).

8. Ge ziet,
er is
niets kostbaarders,
niets volmaakters,
niets verhevener
en om zo te spreken
niets eeuwigers dan de liefde.

Profetieën,

*euacuabuntur:
sive linguae,
cessabunt:
sive scientia,
destruetur.
caritas autem
numquam excidet,*

sine qua
non solum
illa praecellentissima charismatum genera,
sed etiam
martyrii ipsius gloria
euacuatur.

*zij houden op,
talen,
zij zullen verstommen,
kennis,
zij zal vergaan.
De liefde echter
zal nimmer vergaan (Joh. 13, 8).*

De voortreffelijkste geestesgaven,
ja zelfs
de heerlijkheid van het martelaarschap,
zijn zonder haar
waardeloos.

XIII. DE TIMORE QUI DE CARITATIS MAGNITUDE GENERATUR

1. Quisquis igitur
huius fuerit caritatis
perfectione
fundatus,
necesse est ut
ad illum sublimiorem caritatis timorem
gradu excellentiore
conscendat,
quem
non poenarum terror
nec cupido praemiorum,
sed amoris generat
magnitudo,
quo
uel filius indulgentissimum patrem
uel frater fratrem
uel amicum amicum
uel coniugem coniunx
sollicito reueretur affectu,
dum eius
non uerbera
neque conuicia,
sed uel tenuem amoris formidat
offensam
atque in omnibus
non solum actibus,
uerum etiam uerbis
adtonita semper pietate
distenditur,
ne
erga se
quantulumcumque
feruor dilectionis illius
intepescat.

2. cuius timoris magnificentiam
unus prophetarum
elegantius expressit
diuitiae, inquiens, salutis
sapientia et scientia:
timor domini ipse

13. DE VREES DIE VOORTKOMT UIT DE GROOTHEID VAN DE LIEFDE

1. Wie
in de volmaaktheid
van deze liefde
is gevestigd,
gaat
vanzelf
hogerop
naar de edele vrees uit liefde,
die
niet voortkomt uit
schrik voor straf
of uit begeerte naar beloning,
doch uit de grootheid zelf van de liefde.
Deze vrees
is de bezorgde genegenheid
waarmee een zoon zijn geliefde vader bejegt,
een broer zijn broer,
een vriend zijn vriend,
echtgenoten elkander.
Zij vrezen
geen slaag
of gekijf,
maar wel de minste krenking
van de liefde,
en zijn
in hun daden
en woorden
steeds
vol toegewijde zorg
dat
het vuur van die liefde
voor hen
absoluut niet
vermindert.

2. De voortreffelijkheid van deze vrees
heeft een van de profeten
als volgt raak onder woorden gebracht:
De rijkdom van het heil
zijn wijsheid en kennis;
de vreze des Heren

thesaurus eius.

non potuit
timoris istius
dignitatem ac meritum
magis euidenter exprimere,
quam ut
diuitias salutis nostrae,
quae in uera
sapientia dei scientia que
consistunt,
diceret
nisi a timore domini
non posse seruari.

ad hunc igitur metum
non peccatores,
sed sancti
propheticis inuitantur
eloquiis
dicente psalmographo:
*timete dominum
omnes sancti eius:
quia nihil deest
timentibus eum.*

3. qui enim
hoc timore
dominum metuit,
perfectioni eius
certum est
nihil deesse.

nam
de illo timore poenali
euidenter Iohannes apostolus dicit:
*qui timet
non est perfectus
in caritate,
quia
timor poenam habet.*

multa ergo
distantia est inter
istum timorem
cui nihil deest,
qui sapientiae scientiae que
thesaurus est,
et illum imperfectum,
qui
principium sapientiae
nuncupatur
qui que
poenam in sese continens
de perfectorum cordibus
superueniente plenitudine caritatis
extruditur.

timor
enim

is de schatkamer ervan (Jes. 33, 6).

Hij had
de waarde en betekenis
van die vrees
niet duidelijker kunnen uitdrukken
dan
door te zeggen
dat de rijkdom van ons heil,
die in de ware
wijsheid en kennis van God
bestaat,
niet kon worden bewaard
tenzij door de vreze des Heren.

Tot deze vrees
worden niet de zondaars
maar de heiligen
uitgenodigd
door de uitspraken van de profeten:
*Vreest de Heer,
al zijn heiligen,*
zegt de psalmist,
*want niets ontbreekt hun
die Hem vrezen* (Ps. 33, 10).

3. Inderdaad
kan er aan de volmaaktheid van hem
die de Heer vreest
met deze vrees,
onmogelijk
iets ontbreken.

Maar
van de vrees voor de straf
zegt de apostel Joannes duidelijk:
Wie vreest
is niet volmaakt
in de liefde,
want
vrees veronderstelt straf (1Joh. 4, 18).

Er is dus
een groot verschil tussen
deze vrees
waaraan niets ontbreekt,
die de schatkamer is
van wijsheid en kennis,
en die volmaakte vrees,
die
het begin van de wijsheid
wordt genoemd (Ps. 110,10),
en die,
daar zij straf veronderstelt,
uit de harten der volmaakten
wordt verjaagd
als de volheid van de liefde komt.

Vrees

*non est in caritate,
sed perfecta caritas
foras mittit timorem.*

4. et re uera
si principium sapientiae
in timore consistit,
quae erit eius
nisi in Christi caritate
perfectio,
quae
illum in sese
perfectae dilectionis continens
metum
non iam principium,
sed thesaurus
sapientiae et scientiae
nuncupatur?

et idcirco
duplex timoris est gradus.

unus incipientium,
id est
eorum
qui adhuc
sub iugo et terrore
seruili sunt,
de quo dicitur:
*et seruus
dominum suum timebit,*
et in euangelio:
*iam non dico uos
seruos,
quia seruus nescit
quid faciat dominus suus.*

5. et ideo
*seruus, inquit,
non manet in domo
in aeternum,
filius manet
in aeternum.*

inbuit enim nos
ut
ab illo poenali metu
ad caritatis plenissimam libertatem
et amicorum filiorum que dei
fiduciam
transeamus.

denique beatus apostolus,
qui
seruilem illum timoris gradum
olim
caritatis dominicae uirtute
transcenderat,
inferiora despiciens
maioribus se ditatum bonis

*is er in de liefde niet,
maar de volmaakte liefde
drijft de vrees uit (1Joh. 4, 18).*

4. En inderdaad,
als het begin van de wijsheid
is gelegen in de vrees,
waarin zal dan haar
volmaaktheid bestaan
tenzij in de liefde tot Christus,
welke
die vrees
van het volmaakte beminnen
in zich bevat
en daarom niet meer het begin
maar de schatkamer
wordt genoemd
van wijsheid en kennis?

Er zijn dus
twee graden van vrees.

De eerste is die van de beginnelingen,
dat wil zeggen
van degenen
die zich nog bukken
onder het juk
van de slaafse angst.
Van hen wordt gezegd:
*En de slaaf
zal zijn heer vrezen (Mal. 1, 6);*
en in het evangelie:
*Ik noem u
geen dienaars meer,
want de dienaar weet niet
wat zijn heer doet (Joh. 15, 15).*

5. En daarom staat er ook:
*De slaaf
blijft niet voor eeuwig
in het huis;
de zoon blijft er
voor eeuwig (Joh. 8, 35).*

Dit laatste brengt ons ertoe
om
van de vrees voor de straf
over te gaan
naar de volle vrijheid van de liefde,
naar het vertrouwen
van vrienden en kinderen van God.

De zalige Apostel tenslotte,
die
reeds lang
door de kracht van 's Heren liefde
de graad van de slaafse vrees
achter zich had gelaten,
verklaart,
terwijl hij neerziet op het lagere,

a domino
profitetur:
*non enim, inquit,
dedit nobis deus
spiritum timoris,
sed uirtutis
et dilectionis
et sobrietatis.*

6. eos etiam,
qui
perfecta caelestis illius patris dilectione
flagrabant
quos que
ex seruis filios
adoptio diuina
iam fecerat,
hoc adhortatur eloquio:
*non enim accepistis
spiritum seruitutis
iterum in timore,
sed accepistis
spiritum adoptionis,
in quo clamamus
Abba pater.*

de hoc etiam metu,
cum
illum septiformem spiritum
propheta describeret,
quem
in homine illo dominico
secundum incarnationis dispensationem
descendisse
non dubium est,
dixisset que:
*et requiescet super eum
spiritus domini:
spiritus sapientiae,
et intellectus,
spiritus consilii,
et fortitudinis,
spiritus scientiae,
et pietatis,*
nouissime
uelut quiddam praecipuum
intulit dicens:
*et replebit eum
spiritus timoris domini.*

7. in quo primitus
illud est diligentius intuendum,
quod non dixerit
*et requiescet super eum
spiritus timoris domini,*
sicut de illis prioribus
dixerat,
sed
*replebit, inquit, eum
spiritus timoris domini.*

dat hij door de Heer
met groter gaven is verrijkt:
*God heeft ons niet
een geest geschonken
van vrees,
maar van kracht
en liefde
en bezonnenheid (2Tim. 1, 7).*

6. En hij spoort hen
die
branden
van de volmaakte liefde voor de hemelse Vader
en die
de goddelijke aanneming
al van slaven kinderen
heeft gemaakt,
aan met deze woorden:
*Gij hebt
geen geest van slavernij ontvangen
om weer in vrees te leven;
maar gij hebt
de Geest van het kindschap ontvangen,
in wie wij roepen:
Abba, Vader! (Rom. 8, 15).*

Over deze vrees uit liefde
spreekt
ook de profeet,
wanneer hij
de zevenvoudige geest beschrijft,
die,
naar het bestel van de menswording,
met zekerheid
is neergedaald
op de Godmens:
*En de Geest des Heren,
zo zegt hij eerst,
zal op Hem rusten,
de Geest van wijsheid
en verstand,
de Geest van raad
en sterkte,
de Geest van kennis
en godsvrucht;*
en dan ten slotte,
als iets bijzonders:
*En de Geest van de vreze des Heren
zal Hem vervullen (Jes. 11,2-3).*

7. Hierbij
lette men er wel op,
dat hij niet zegt:
*En de Geest van de vreze des Heren
zal op Hem rusten,*
zoals hij van de voorgaande gaven
had gezegd,
maar:
*De Geest van de vreze des Heren
zal Hem vervullen.*

tanta enim
ubertatis eius est
magnitudo,
ut,
quem semel
sua uirtute possederit,
non partem,
sed totam eius
occupet mentem.

nec inmerito.

illi etenim
quae numquam excidet
cohaerens
caritati
non solum replet,
sed etiam
perpetua et inseparabili
eum quem ceperit
possidet
iugitate,
nullis
laetitiae temporalis
uel uoluptatum
oblectationibus inminutus:
quod nonnumquam illi
qui foras mittitur
timori
euenire consuevit.

hic est igitur
perfectionis timor,
quo homo ille dominicus,
qui
non solum redimere humanum genus,
sed etiam praebere uenerat
perfectionis formam
atque exempla uirtutum,
repletus fuisse
narratur.

illum enim
seruilem suppliciorum timorem
uerus dei filius,
*qui peccatum non fecit,
nec dolus inuentus est
in ore eius,*
habere non potuit.

De overvloed van deze Geest
is zó groot,
dat hij
iemand die hij eenmaal
in zijn macht heeft gekregen,
niet gedeeltelijk
maar totaal
bezit.

En dat is logisch.

Omdat hij
verbonden is
aan de liefde
die nimmer zal vergaan,
vervult hij niet slechts
degene die hij in bezit heeft genomen,
maar legt hij
blijvend en zonder onderbreking
voorgoed
beslag op hem;
hij wordt door geen genot
van aardse vreugde
of begeerte
aangetast,
wat gewoonlijk met de vrees
die uitgedreven wordt,
af en toe
wèl het geval is.

Dit is dus
de vrees van de volmaaktheid,
waarvan de Godmens,
die
niet alleen het menselijk geslacht heeft verlost,
maar die ook het model van volmaaktheid
en het voorbeeld van alle deugden
is komen brengen,
was vervuld,
zoals de Schrift zegt.

Maar
de slaafse vrees voor de straf
kon Hij niet hebben,
de waarachtige Zoon van God,
*die geen zonde heeft gedaan
en in wiens mond
geen bedrog is gevonden* (1Pt. 2, 22).

XIII. INTERROGATIO DE CONSUMMATIONE CASTITATIS

Germanus:
Quia de perfectione caritatis
sermo digestus est,
uolumus etiam
de castitatis fine

14. VRAAG OVER DE VOLMAAKTE KUISHEID

Germanus:
U heeft ons een uiteenzetting
over de volmaakte liefde gegeven.
Mogen wij nu
zo vrij zijn,

aliqua
liberius sciscitari.

non enim ambigimus
illud praecelsum fastigium caritatis,
per quam,
sicut huc usque dissertum est,
ad imaginem dei similitudinem que
conscenditur,
sine castitatis perfectione
subsistere omnino non posse:

sed
utrum
ita eius possit
perpetuitas obtineri,
ut numquam
libidinis titillatio
integritatem nostri cordis
infestet,
et ita ualeamus
ab hac passione carnali
in carne degentes
peregrinari,
ut numquam
incentiuorum aestibus
aduramur,
uolumus edoceri.

XV. DILATIO EXPOSITIONIS POSTULATAE

Chaeremon:
Summae quidem beatitudinis
ac singularis est meriti
ita
istum per quem domino cohaeremus
affectum
uel discere
iugiter
uel docere,
ut
meditatio eius
secundum psalmographi sententiam
omnes uitae nostrae dies noctes que
consumat
et
mentem nostram
insatiabiliter
esurientem sitientem que
iustitiam
caelestis huius cibi
perpetua ruminacione
sustentet.

sed
consulendum est etiam
iumento corporis nostri
secundum benignissimam

u ook het een en ander te vragen
over de volkomen kuisheid.

Want wij twijfelen er niet aan
dat die verheven hoogte van de liefde,
waarlangs men
zich verheft,
zoals u heeft betoogd,
tot het beeld en de gelijkenis van God,
volstrekt niet kan bestaan
zonder een volmaakte kuisheid.

Maar
kan men hierin
zó'n standvastigheid
verwerven
dat nooit
de prikkel van de lust
de gaafheid van ons hart
bedreigt?
Kunnen wij,
levend in het vlees,
zózeer van deze vleselijke hartstocht
verre blijven
dat nooit
de hitte van dat vuur
ons schroeit?
Dat zouden wij graag van u vernemen.

16. UITSTEL VAN DE GEVRAAGDE UITEENZETTING

Cheremon:
Het zou een groot geluk zijn
en bijzonder verdienstelijk,

voortdurend
zijn aandacht te richten - als leerling
of als leraar -
op dat gevoelen
dat ons met de Heer verbindt.

De overweging daarvan zou,
naar het woord van de psalmist (Ps. 1,2),
al de dagen en nachten van ons leven
in beslag nemen;

onze geest,
onverzadelijk
hongerend en dorstend
naar de gerechtigheid,
zou zich voeden
door altijd weer deze hemelse spijs
te genieten.

Maar
we moeten ook rekening houden
met het lastdier van ons lichaam,
dat het niet bezwijkt onderweg:

saluatoris nostri
prouidentiam,
ne deficiat in uia:
*spiritus enim
promptus,
caro autem
infirma.*

quae etiam
nunc
uel exigui cibi perceptione
curanda est,
ut
post refectionem eius
etiam ad ea quae desideratis
diligentius indaganda
mentis quoque addatur
intentio.

iets waarop de overgoede voorzienigheid
van onze Verlosser
heeft geweest
*want de geest
is gewillig,
maar het vlees
is zwak (Mt. 26, 41).*

We moeten er
nu
voor gaan zorgen,
door een bescheiden maaltijd.

Nadat het zich heeft verkwikt,
zal ook de toeleg van onze geest
groter kunnen zijn
om met meer ijver te onderzoeken
wat u gevraagd hebt.